



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Manuale Parochorum, De Obligationibus, Functionibus Et Juribus Parochialibus**

**Engel, Ludwig**

**Salisbvrgeri, 1662**

VI. De obligatione servandi festa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41598**

filius contumax, qui toto anno Patrem non invisit: Ovis erratica, quæ nunquam vocem proprii pastoris exaudit. Zyp. in Anal. Jur. Pont. in tit. de Parochijs sub. n. 2.

## CAPUT, VI.

## De Obligatione Parochi &amp; Parochianorum observandi Festa.

1. Festa institueret potest etiam Episcopus.
2. Festa instituta ab Episcopo etiam ab exemptis observanda.
3. Præceptum de observatione Festorum duplex.
4. Quenam dicantur opera liberalia & quæ servilia.
5. In quibus casibus liceat in die festo opus servile facere.
6. Ut opus servile in festo licite fiat, requiritur consensus Episcopi vel salutem Parochi,

7. Fe-

7. Festum incipit à media nocte, & durat usque ad mediam noctem.

8. Quae cause excusent ab auditione Missae in die festivo.

9. Dies festi non sunt agendi per luxum & comessationes.

10. Nullae insolitae imagines, miracula, aut reliquia inconsulto Episcopo recipiende.

**F**esta instituire non tantum potest summus Pontifex, sed etiam Episcopus in sua Diocesi, dummodo instituat de aliquo Sancto ab Ecclesia Canonizato vel saltem ab antiquissimis temporibus pro sancto habito. quamvis autem si Episcopus festa instituire velit, videatur de Jure requiri Cleri & populi consensus, ut *ex textu c. ult. de feriis.* advertunt DD. ne populus festorum multitudine gravetur, & à laboribus impediatur; de consuetudine tamen ubique ferè receptum est, ut populi consensus non requiratur *Azor. 10, 2, l. 1. c. 26, q. 1.*

Potest

Potest autem Episcopus festa instituere, vel à se vel à suis antecessoribus instituta ita moderari, ut tantum observentur die media, id est ante prandium post meridiem autem liceat operari. *Azor. d. l. q. s.* idque tunc plurimum rationale censeo, si aliàs festiva valdè multa sint, ac experientia constat tempus pomeridianum festorum tantum per luxum, & comotationem transigi. Porro festa ab Episcopo instituta non tantum ab illis, qui sunt in Jurisdictione Episcopi, sed & ab exemptis omnibus etiam regularibus observari debent *juxta constit. Concil. Trul. s. 25. de regul. c. 12.*

3 Præceptum de observatione festorum est duplex, unum *negativum* alterum *affirmativum*: *negativum* præceptum est, quod prohibet, ne die festorum *servilia* exercentur; *affirmativum*, ut omnes fideles usum rationis habentes in festis Missam audiant. *de fer. c. omnes fideles, & c. Missas de consecrat.*

Notanter dixi, ex præcepto *negati-  
vo* opera *servilia* esse prohibita. quam-  
vis enim in veteri testamento *om-  
ne opus* in sabbatho interdictum fuerit  
Judæis. *Exod. 30. & Deutron. 5.* quia  
tamen illud præceptum partim fuit  
morale, partim ceremoniale (ceremo-  
nialia autem veteris testamenti per  
adventum Christi exspirârunt *c. unico  
de purificat. post partum*) ideò per Ec-  
clesiam ad sola opera *servilia* mitiga-  
tum, & restrictum fuit *Laym. in Theolo-  
gia moral. l. 4. tract. 7. c. 1. n. 1. & c. 2.  
n. 2.* dicuntur autem opera *servilia* quæ 4  
corporis commoditatibus inserviunt,  
& per servos ac famulos exerceri so-  
lent, ut sunt opera rustica, & mecha-  
nia: écontra opera *liberalia* dicuntur  
illa, quæ sunt libero homine digna, &  
magis ad excolendum vel oblectan-  
dum animum faciunt: atque hæc sub  
præceptum illud negativum non ca-  
dunt, tum quòd ipsum præceptum li-  
mitetur ad opera *servilia*, tum quòd  
sunt

sint ignobiliora, & minus dignè cum  
cultu Dei conjungantur. unde lice-  
bit in die festo studere, docere, scribe-  
re, musicam exercere, item recreatio-  
nis causa pingere, venari, piscari, sal-  
tem si sine multis operis ac labore ta-  
lis piscatio, vel venatio fiat. *Nav. in*  
*Manual. c. 13. n. 11.* Mercatus autem  
seu nundinatio, quamvis non sit opus  
servile tamen prohibetur in *c. 1. de fe-*  
*rijs*, sed consuetudine passim contrari-  
um obtentum est, ut in certis festis præ-  
sertim in anniversario dedicationis  
Ecclesie nundinae habeantur, quae  
consuetudo ita moderanda erit  
ut negotiationes non instituantur  
antequam officium divinum in Ec-  
clesia persolutum sit. Præterea  
iter facere pedibus, curru, equo, na-  
vibus nec opus servile, nec proprie libera-  
tum est, sed potius naturale & medium  
quare, & id in die festo licebit. plan-  
stra verò aut jumenta mercibus on-  
rare, & agere servile opus censetur.

in die festo licebit inchoare, inchoatum autem continuare, si commode abrumpi non possit, conceditur. *Declaratio Cardinal. quam refert Barba de officio Episcopi alleg. 105. n. 40.*

Aliquandò tamen ex causâ pietatis vel necessitatis licet etiam diebus festivis opera servilia peragere, c. *fin de ferijs* Ex causâ pietatis si v. g. altaria ornanda, vel alia ad festivitatem paranda sint. Ex causâ necessitatis, si res ad vitam necessaria, vel tempore peritura sit, qua ratione excusantur pauperes, qui si in festis à labore abstineant se suamque familiam sustentare non possunt. Item agricolæ cum ob pluviam superventuram segetes, at fœnum congregant, vel aliud grave damnum vitandum ruri laborant. similiter si pauperes famuli & ancillæ diebus festivis suas vestes reficiant &c. est quandoque etiam *necessitas publica* v. g. reficiendî pontes, piscandi certum pisci-

D

um

um genus, quod non nisi cettis annis  
temporibus capitur *juxta c. licet. de  
feriis*. si paranda sint aliqua ad com-  
munem populi festivitatem v. g. ad  
adventu principis &c.

Sed non sufficit, ut causa pietatis  
aut necessitatis subsit, nisi in super  
*sensus Episcopi* accedat, præsertim si  
6 *pus servile* in publico faciendum,  
per longum tempus duraturum sit,  
paulatim prætextu necessitatis libere  
contra festorum obligationem peccetur.  
*Declarat. Card. apud Barb. an. 1600.*

Sin autem periculum in mora  
vel Episcopus propter distantiam  
modè adiri non possit, solam justitiam  
causæ vel ad summum, si causa alio  
modo videatur dubia, licentiam Pa-  
pæ sufficere, communis est sententia.

Cæterùm hîc advertendum est,  
vis in *c. 1. de feriis*. dicatur, quòd  
dominica à vespera in vesperam  
omni veneratione observanda sit,  
hilominus in Europa esse receptum.



quod festa quoad abstinentiam à servi-  
libus operibus computentur à media, 7  
nocte usque ad alteram mediam no-  
ctem, testatur Panor. *in c. 5. de feriis.*  
Covar. *var. res. lib. 4 cap. 19. n. 9.*  
ralem autem consuetudinem valere  
& attendendam esse, textus est *in c. 2.*  
*de feriis.*

Alterum præceptum scil. *affirmati-*  
*vum* de audienda Missa tanquam hu- 8  
manum, & positivum, non obligat  
cum tanto rigore, ut nullo modo quis  
ab eo excusetur. etenim non tantum  
impotentia physica (qualis est in mari  
navigantium, incarceratorum, lecto-  
affixorum, & similibus) sed etiã mo-  
ralis, & arbitrio prudentis viri gravis,  
excusat ab audienda Missa. dicitur  
autem moralis impotentia, quando,  
licet non subsit absoluta impossibili-  
tas, subest tamen magna difficultas  
propter periculum amittendæ valetu-  
dinis, aut rei domesticæ, alteriusve da-  
mni spiritualis aut corporalis subeun-

di. unde excusantur qui infirmi sunt  
aut infirmis serviunt, qui tempore pe-  
stis se domi continent, item matres  
ancillæ quæ infantibus assistunt, qui  
propter distantiam templi domum pro-  
riculosè deserunt &c. pudor quoque  
gravis sit secundum communem sen-  
tentiam ab audienda Missa excusatur  
puta si mulier honesta cum dedecore  
sui status non honestè vestita sit, vel  
aliqua bonæ existimationis, ex delicto  
pregnans appareat &c. Consuetudo  
do etiam quandoque excusat, si v.g.  
aliquibus locis vidua vel puerpera  
aliquod tempus templum ingredi non  
soleat, de quibus omnibus prolixè  
deri poterunt DD. antea cc.

Postremò huic capiti adscribenda  
duxerunt verba valde notanda Con-  
cilii Trid. s. 25. in decret. de invoc. &  
Sanct. *Omnis superstitio, in  
Concil. in Sanctorum invocatione,  
liquiarum veneratione & imaginum  
sacro usu tollatur, omnis turpis que*

eliminetur, omnis denique lascivia vitetur, ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, ac reliquiarum visitatione homines ad comessationes, atque ebrietates non abutantur, quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum ac lasciviam agantur. Hac ut fidelius observentur, statuit sancta Synodus, nemini licere ullo in loco vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda esse nova miracula, nec novas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscante & approbante Episcopo. & c.

